Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8320
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



RE

et spiritum domini malum irruebat super saul. et dixerunt pueri saul ad eum. ecce spiritus domini malus conturbat te. dicat dominus noster seruis tuis coram te. quaerent uirum nouerit psallere cithara. et erit cum inuenerit spiritum domini malum. et psallet manu sua. et requiescet saul. et erit bonum illi. Dixit ergo saul seruis suis. Prouidete mihi uirum bene canentem. et adducite eum ad me. Respondit unus de pueris. Ecce uidi filium isai bethlehemitis. scientem psallere. et uirum fortem. et bellatorem. et sapientem. et uirum pulchrum. et dominus tecum est. Misit ergo saul nuntios ad isai. et dixit. Mitte mihi dauid filium tuum qui est apud oues. Tulit ergo isai asinos duos panes. et uinum. et hedum unum. et misit per dauid filium suum ad saul. Et ingressus est dauid ad saul. et stetit coram eo. et dilexit eum ualde. factus est ergo dauid armiger eius. Et misit saul ad isai dicens. Maneat dauid coram me. quia inuenit gratiam in oculis meis. Et factum est cum esset spiritus domini malus in saul. tollebat dauid cytharam. et percutiebat manu sua. et refrigerabat saul. et bonum habebat. et recedebat malus spiritus a saul. Et factum est in diebus illis. congregauerunt philisthiim in praelium. et congregatus est israel. et castrametati sunt in ualle terebinthi. et ordinauerunt praelium contra philisthiim. Et philisthiim stabant super montem hinc. et israel stabat super montem inde. et ualles erat inter montem. Et exiuit uir de castris philisthiim. nomine goliath. de gath. altitudo eius sex cubitorum. et palmi unius. Et galea aenea in capite eius. et lorica induitus erat. et erat pondus loricae eius. quinque milia siclorum aeris. et ocreae aeneae erant in pedibus eius. et clipeus aeneus tegebat humeros eius. Et hastile hastae eius. quasi lignum texentum. et ferrum hastae eius. sexcentis siclis ferri. et armiger ante faciem eius. Et stans clamauit contra turmas israel. et dixit ad eos. Quare existis ad praelium. nonne ego philisthiim. et uos seruorum saul estis. Eligite ergo uobis uirum. et descendat ad me. Si potuerit praeualere mecum. et percutere me. erimus uobis seruientes. Si autem praeualuero contra eum. et percussero eum. eritis seruientes nobis. et seruietis nobis. Et dixit philisthiim. Ego exprobraui castris israel. hodie. Dixit ergo saul. et omnis israel. Haec uerba philisthiim. et obstupuerunt. et timuerunt ualde. Et dixit dauid. Quid dabitur uiro qui percusserit philisthiim. et abstulerit opprobrium de israel. Quis enim iste philisthiim incircumcisus. qui exprobrauit castris dei uiuentis. Et dixerunt ei. Haec dicentes. dicentes. Haec dicetur uiro qui percusserit eum. Et audiuit eliab frater eius maior. cum loquerentur uiris. et iratus est furore contra dauid. Et dixit. Ut quid descendisti. et cui dereliquisti oues paucas in deserto. Ego noui superbiam tuam. et malitiam cordis tui. Quia ut praelium uideres descendisti. Et dixit dauid. Quid feci. Et ait. Ecce ego. Et declinauit a illo ad alium. et dixit. Et hoc dixerunt. Et reuersus est dauid. et audiuit saul. et ait. Ecce ego. Et dixit dauid